



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

XXI. De his qui adulterium committunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

„carne vescitur , à potu omni qui potest ine-
 „briare se contineat. Quem potum si biberit,
 „non carne vescatur absque præcipuis festis
 „diebus. De armis vel osculo & sacrificio mo-
 „dum teneat jam dictum. Inde usque ad obitum
 „suum , nisi prædictis festis diebus , à carne ab-
 „stineat tres legitimas ferias in omni hebdoma-
 „da , & tres quadragesimas in anno legitimè cu-
 „stodiat. De armis verò sicut jam dictum est fa-
 „ciat , & nunquam conjugio copuletur. Hæc
 „eadem pœnitentia imponenda est parricidis,
 „vel fratricidis , vel consanguineis , nec non &
 „his qui sponte per fraudem & avaritiam ho-
 „minem innoxium occidunt. quod Theodisca
 „lingua morchidum dicitur.

De his qui adulterium committunt .

C A P . X X I .

Pœnit. Rhab. Adulterium autem non solùm lex damnat,
 c. 3. } sed etiam evangelica auctoritas omnino fieri
 vetat. Unde & sancti patres , magisterio cœle-
 sti imbuti , de hoc quid servandum sit sanxe-
 runt. Nam in Concilio Ancyrano cap. xvii.

Reginolib. » scriptum est : Si cuius uxor adulterata fuerit,
 2. c. 99. » vel si ipse adulterium commiserit , septem an-
 » nis in pœnitentia completis , oportet eos per-
 » fectionem secundūm pristinos gradus con-
 » sequi.

Pœnit. Rhab. Item in Africano Concilio cap. lxi x. de
 ibid. his qui uxores , aut quæ viros dimittunt , ut
 Reginolib. » maneant sic , ita scriptum est : Placuit ut se-
 2. c. 104. » cundūm evangelicam & apostolicam discipli-
 » nam , ut neque dimissus ab uxore , nec dimissa

à marito, alteri conjungantur, sed ita maneant, “
aut sibimet reconcilientur. Quòd si contemp- “
serint, ad pœnitentiam redigantur. “

Item in decretis Innocentij Papæ cap. xxiv. Pœnit. Rhab.
scriptum est quòd viri cum adulteris feminis ibid.
non convenient : Et illud desiderandum est “ Regino lib.
sciri cur communicantes viri cum adulteris “ 2. c. 139.
uxoribus non convenient, cùm contrà uxores “
in consortio adulterorum virorum manere vi- “
deantur. Super hoc Christiana religio adulte- “
rium in utroque sexu pari ratione condemnat. “
Sed viros suos mulieres non facilè de adulterio “
accusat. Non enim habent latentia peccata “
vindictam. Viri autem liberiùs uxores adulte- “
ras apud sacerdotes deferre consueverunt. Et “
ideo mulieribus, prodiò earum criminis, com- “
munio denegatur. Virorum autem latente “
commisso, non facilè aliquis ex suspicionibus “
abstinetur. Qui utique submovebitur, si ejus “
flagitium detegatur. Cùm ergo par causa sit, “
interdum, probatione cessante, vindictæ ra- “
tio conquiescit. “

Item in ejusdem Papæ decretis cap. xxvii. Pœnit.
scriptum est : De his etiam requisivit dilectio “ Rhab.
tua qui interveniente repudio, alij se matrimo- “ c. 3.
nio copularunt : quos in utraque parte adulte- “ Regino lib.
ros esse manifestum est. Qui verò vel uxore “ 2. c. 101.
vivente, quamvis dissociatum videatur esse “
conjugium, ad aliam copulam festinarunt, ne- “
que possunt adulteri non videri, in tantum ut “
etiam hæ personæ quibus tales conjuncti sunt, “
etiam ipsæ adulterium commisso videantur, “
secundùm illud quod legimus in evangelio : “
Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, “